Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti júbeas deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

God, through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

COMMUNION Psalms 50: 21
Acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes et holocáusta super altáre tuum, Dómine.

Thou wilt accept the sacrifice of justice, oblations and holocausts, upon Thine altar, O Lord.

POSTCOMMUNION
Quǽsumus, Dómine Deus noster: ut, quos divínis reparáre non désinis Sacraméntis, tuis non destítuas benígnus auxíliis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

We beseech Thee, O Lord, our God, that in Thy goodness Thou wilt not deprive of Thine aid those whom Thou dost not cease to renew with Thy divine Sacraments. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

For St. James
Beáti Apóstoli tui Jacóbi, quǽsumus, Dómine, intercessióne nos ádjuva: pro cujus festivitáte percépimus tua sancta lætántes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Help us, O Lord, we beseech Thee, by the intercession of blessed James, Thine Apostle, for whose festival we have joyfully received Thy holy sacrament. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

TRADITIONAL LATIN MASS

MASS PROPER: TENTH SUNDAY AFTER PENTECOST, w/ COMMEMORATION OF ST. JAMES, APOSTLE

MASS *Cum clamárem* (green)

INTROIT Psalms 54: 17-18, 20, 23
Cum clamárem ad Dóminum, exaudívit vocem meam, ab his, qui appropínquant mihi: et humiliávit eos qui est ante sæcula, et manet in ætérnum: jacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet. (Ps. 54: 2) Exáudi, Deus, oratiónem meam, et ne despéxeris deprecatiónem meam: inténde mihi, et exáudi me. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Cum clamárem ad Dóminum, exaudívit vocem meam, ab his, qui appropínquant mihi: et humiliávit eos qui est ante sæcula, et manet in ætérnum: jacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet.

When I cried to the Lord He heard my voice, from them that draw near to me: and He humbled them, Who is before all ages, and remains forever: cast thy care upon the Lord, and He shall sustain thee. (Ps. 54: 2) Hear, O God, my prayer, and despise not my supplication; be attentive to me and hear me. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. When I cried to the Lord He heard my voice, from them that draw near to me: and He humbled them, Who is before all ages, and remains for ever: cast thy care upon the Lord, and He shall sustain thee.

COLLECT
Deus, qui omnipoténtiam tuam parcéndo máxime et miserándo maniféstas: multíplica super nos misericórdiam tuam; ut ad tua promíssa curréntes, cæléstium bonórum fácias esse consórtes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

O God who dost manifest Thine almighty power most chiefly in sparing and showing mercy: multiply upon us Thy mercy: that as we hasten towards Thy promises, Thou may make us partakers of the heavenly treasures. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

For St. James
Esto, Dómine, plebi tuæ sanctificátor et custos: ut, Apóstoli tui Jacóbi munita præsídiis, et conversatióne tibi pláceat, et secúra mente desérviat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Be Thou, O Lord, the sanctifier, and the guardian of Thy people, so that, being defended by the protection of Thine apostle James, they may both please Thee by their conduct and serve Thee with mind all untroubled. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

EPISTLE 1 Corinthians 12: 2-11

Fratres: Scitis quóniam cum gentes essétis, ad simulácra muta prout ducebámini eúntes. Ideo notum vobis fácio, quod nemo in Spíritu Dei loquens, dicit anáthema Jesu, Et nemo potest dícere, Dóminus Jesus, nisi in Spíritu Sancto. Divisiónes vero gratiárum sunt, idem autem Spíritus. Et divisiónes ministratiónum sunt, idem autem Dóminus. Et divisiónes operatiónum sunt, idem vero Deus, qui operátur ómnia in ómnibus, Unicuíque autem datur manifestátio Spíritus ad utilitátem. Alii quidem per Spíritum datur sermo sapiéntiæ: álii autem sermo sciéntiæ secúndum eumdem Spíritum: álteri fides in eódem Spíritu: álii grátia sanitátum in uno Spíritu: álii operátio virtútum, alii prophetía, álii discrétio spírituum, álii génera linguárum, álii ínterpretátio sermónum. Hæc autem ómnia operátor unus atque idem Spíritus, dívidens síngulis prout vult.

Brethren, You know that, when you were heathens, you went to dumb idols, according as you were led, Wherefore I give you to understand, that no man, speaking by the Spirit of God, saith Anathema to Jesus and no man can say, The Lord Jesus, but by the Holy Spirit. Now there are diversities of graces, but the same Spirit; and there are diversities of ministries, but the same Lord; and there are diversities of operations, but the same God, who works in all. And the manifestation of the Spirit is given to every man unto profit. To one indeed, by the Spirit, is given the word of wisdom; and to another, the word of knowledge, according to the same Spirit; to another, the grace of healing in one Spirit; to another, the working of miracles; to another, prophecy; to another, the discerning of spirits; to another, divers kinds of tongues; to another, interpretation of speeches. But all these things one and the same Spirit works, dividing to every one according as He will.

GRADUAL Psalms 16: 8, 2

Custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi: sub umbra alárum tuárum protége me. De vulto tuo judícium meum pródeat: óculi tui vídeant æquitátem. Allelúja, allelúja. (Ps. 64: 2) Te decet hymnus, Deus, in Sion: et tibi reddétur votum in Jerúsalem. Allelúja.

Keep me, O Lord, as the apple of Thine eye: protect me under the shadow of Thy wings. Let my judgment come forth from Thy countenance: let Thine eyes behold the thing that is equitable. Alleluia, alleluia. (Ps. 64: 2) A hymn, O God, becometh Thee in Sion: and a vow shall be paid to Thee in Jerusalem. Alleluia.

GOSPEL Luke 18: 9-14

In illo témpore: Dixit Jesus ad quosdam, qui in se confidébant tamquam justi, et aspernabántur céteros, parábolam istam: Duo hómines ascendérunt in templum ut orárent: unus pharisæus, et alter publicánus. Pharisæus stans, haec apud se orábat; Deus grátias ago tibi, quia non sum sicut céteri hóminum: captóres, injústi, adúlteri: velut étiam hic publicánus. Jejúno bis in sábbato: décimas do ómnium, quæ possídeo. Et publicánus a longe stans nolébat nec óculus ad cælum leváre: sed percutiébat pectus suum, dicens: Deus, propítius esto mihi peccatóri. Dico vobís: descéndit hic justificátus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exáltat, humiliábitur: et qui se humíliat, exaltábitur.

At that time, Jesus spoke this parable to some who trusted in themselves as just and despised others. Two men went up into the temple to pray: the one was a pharisee, and the other a publican. The pharisee standing, prayed thus with himself: O God, I give Thee thanks that I am not as the rest of men, extortioners, unjust, adulterers; as also is this publican. I fast twice in the week; I give tithes of all that I possess. And the publican standing afar off would not so much as lift up his eyes towards heaven, but struck his breast saying: O God, be merciful to me a sinner. I say to you, this man went down to his house justified rather than the other: because every one that exalts himself shall be humbled, and he that humbles himself shall be exalted.

OFFERTORY Psalms 24: 1-3

Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam: neque irrídeant me inimíci mei: étenim univérsi, qui te exspéctant, non confundéntur.

To Thee, O Lord, have I lifted up my soul: in Thee, O my God, I put my trust, let me not be ashamed: neither let my enemies laugh at me: for none of them that wait on Thee shall, be confounded.

SECRET

Tíbi, Dómine, sacrifícia dicáta reddántur: quæ sic ad honórem nóminis tui deferénda tribuísti, ut éadem remédia fíeri nostra præstáres. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Let the appointed sacrifices be offered to Thee, O Lord: which Thou hast granted so to be offered to the honor of Thy Name, that they may themselves become healing remedies unto us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

For St. James

Oblatiónes pópuli tui, quæsumus, Dómine, beáti Jacóbi Apóstoli pássio beáta concíliet: et quæ nostris non aptæ sunt méritis, fiant tibi plácitæ ejus deprecatióne. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

May the holy sufferings of James, Thy blessed apostle, commend the offerings of Thy people, we beseech Thee, O Lord; and since they are not worthy for any merits of ours let them be made pleasing to Thee by his prayers. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

COMMON PREFACE

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérnæ Deus: per

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting